UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lapis Philosophicus, Et Aurum Potabile, Eleemosyna

Foullon, Jean E.

Leodii, 1667

Summa Capitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51728

Visual Library

SUMMA CAPITUM.

I. C*Vr facienda eleemoſyna?* Cauſſas in quinis Chriſti vulneribus invenies: potiſſimam in pectoris plaga; quia quidquid miſero facis, Chriſto facis, vulnerato, crucifixo, pauperi, pauperum amantiſſimo.

II. *Quomodò facienda eleemoſyna?* Eodem, quo Chriſtus de vulneribus ſanguinem fudit, affectu, & modo.

III. *Cui potiſſimùm danda eleemoſyna?* Quem tibi magis commendant vocaliſſima ora vulnerum Chriſti: quem ipſius ſanguis tibi fecit propinquiorem.

IV. *De quibus bonis facienda eleemoſyna?*

na? De quinis, id eſt univerſis: quia noſtra omnia emit Chriſtus, qui noſmet emit pretio magno, & redemit quinque ſiclis vulnerum ſuorum.

V. *Quantum eleemoſynæ dandum?* Quâ tibi menſurâ Chriſtus è plagis ſanguinem ſuum impendit, & ſeipſum: quâ menſurâ uſus eſſe volueris, cùm vulnera ſua dextris, & ſiniſtris, Chriſtus judex oſtēdet: quam mercedis menſuram exoptas, & expectas, ab largiſſimo Redemptore, & Remuneratore.